

testificatur, sed de admonitione: unde, cum ipse nullum sit, bi commodum capiet, sed de proximi emendatione sollicitus sit, merito idoneus testis existimatur. Ut praesentis Cuiusque sit. Nec obstat, quod denunciator dicatur principalis persona in hoc textu; nam non ita appellatur, quia propriam causam persequatur, ut accipitur in d. c. pastoralis, & similibus; sed quia principaliter intendit ipsam correctionem, adimplens

praecceptum divinum, non propriam, sed eius, qui corripit, utilitatem respiciens. Nec ulla eius consideratur affectio ad similem causam, sed tantum claritas. Nec etiam datur cupiditas vindictae, sed poenitentia; unde cum debeat omnia ea, quae alios a testimonio repellunt, ideo merito ipse denunciator tamquam legitimus admittitur. Prosequitur Barboza, in select. de hunc textum.

CAPUT V.

4 Eugenius III.

Quotiens aliqui separantur propter cognationem propinquitatis, vel consanguinitatis, duobus b vel tribus adhibitis testibus affirmari debet, qui eadem consanguinitate superint; vel a duobus, vel a tribus testibus senioribus, & inelioribus eiusdem loci probari debet: probatio autem testium debet fieri duplici iuramento. Testes autem debent jurare, se neque privato odio, neque amicitia, neque pro aliquo c commodum, quod habuerint, vel habent, vel habituri sunt, hoc ad iurandum esse indutos: postea debent jurare, sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse a maioribus suis, & ita esse.

NOTAE.

1. **Eugenius III.** Antea P. Bernardus dictus, monachus Cisterciensis, electus anno 1147, ut plura de ipsius gestis narrans tradidit Illustri. Manrique in *anual. Cister.* Varias epistolas scripsit, ex quibus nonnullae reperimus tom. 7. *Concil.* & ex eo verba huius textus compilata fuerunt in d. c. *collect.* Deest, *sub hoc tit.* c. 20. & post Concilium Lateran. d. 3. c. 17. nostro tamen loco exprimitur, cui missa fuerit haec Decretalis.

2. **De numero testium agemus in c. veniens 19. hoc tit.** 3. **Quae omnia complectitur Quintilianus de oratore. 2. his verbis: Testem gratia, metu, & fecunia; ira, odio, amicitia, ambire solet.**

COMMENTARIUM.

1. **Con-** sanguinei sunt legitimi testes, ubi agitur de consanguinitate probanda ad separationem matrimonii; & debent deponere veritatem accepisse a maioribus suis, & credere ita esse. Probant textus in c. 1. d. c. 3. de parentella 3. 35. q. 6. c. cum in tua 27. de *spol.* c. *inter hoc tit.* c. *videtur* 3. qui *maritum* interdicat. Conventit lex 14. c. 1. 26. *partit.* 3. Illustrant ultra congestos hic a Barboza, Misyngens, & Cuiusque in *presenti*, Uranus in d. cap. *licet*, Petrus Gregorius, lib. 3. *partit.* tit. 11. cap. 3. Ant. Augustin. in *epist.* lib. 29. cap. 23. Elcobar de *parit.* q. 11. §. 2. per tot. Gutierrez de *matrim.* cap. 44. per tot.

2. **Sed** pro dubitandi ratione adversus priorem partem huius conclusionis ita insurgit potest: In causa consanguinitatis consanguineus non potest esse testis pro consanguineo, si probatur d. c. hoc tit. c. *absens* et 2. q. 1. 9. pro amico enim iudicatur consanguineus, l. *neque*, §. *qui fratrem*, ff. de *hered. inst.* sed amici testimonium pro amico repellitur, l. 3. hoc tit. igitur similiter consanguinei pro consanguineo. Secundo adversus posteriorem partem assertionis, ubi affirmatur testem deponere debere, rei veritatem accepisse a maioribus, & ita se credere, sic insurgit valet. Testes deponentes de auditu alterius, non probant, c. *nam litteris*, infra hoc tit. maxime in probatione consanguinitatis, quia debent designari gradus ab utraque parte, ut deciditur in d. c. *licet*: igitur testes de auditu in presenti specie admitti non debeant. Accedit etiam, quia testis de credulitate non probat, c. *relatum* 5. q. 2. quia debet deponere de proprio sensu corporeo, c. *testis*, c. *hortamur* 3. q. 9. & qui deponit se ita credere, magis movetur operatione intellectus, quam proprio sensu corporis: ergo ei fides non est adhibenda.

3. **Hac** tamen duplici dubitandi ratione non obstant, vera est praesens decisio, pro cuius vera ratione sciendum est, quod licet consanguinei regulariter non admittantur ad testimonium dicendum pro consanguineo, propter affectionem, quam erga ipsum habere creduntur, c. in *litteris* 14. de *presumpt.* Menochius de *presumpt.* regul. 1. *presumpt.* 23. quod expresse probatur in c. *accusatore* 12. q. 1. c. *absens* 183. q. 1. 9. docent Farinac. de *testib.* quest. 54. num. 1. Petrus Faber lib. 2. *semestre*, c. 2. fol. 141. quod procedit tam in causis criminalibus, d. l. *parentes* 6. c. de *testib.*, quam in causis civilibus gravioribus, quae equiparant solent criminalibus, ex l. *propter* 21. §. 1. de *excois.* tur. c. 1. de *restit.* *spol.* latius prosequitur Elcobar ubi *supra*, cap. 11. per totum; tamen admittuntur ad probandam consanguinitatem duplici ex ratione expressa in d. c. *videtur*. Prima, quoniam ipsi melius sciunt gradum, & lineam consanguinitatis, l. *modestissimus* 8. ff. unde *cognati*, Mascard. de *pro-*

bat. *conclus.* 410. num. 33. Facit textus in d. *antem*, ff. de *probat.* ubi docetur, atatem filiorum plene probari libro parentum, quia in eo parentes testificantur de rebus suis, quam alius nota, licet illum textum rectius accipiat Alciatus reg. 2. de *presumpt.* *presumpt.* 14. de *denunciatione*, quae ex constitutione Marci Antonini Philosophi habet apud Praefectum ararum, de qua Budaeus in *idem textum*, & nos aliqua notavimus in c. *per tuas*, de *probat.* Secunda ratio redditur in d. c. *videtur*, ne videlicet consanguinei coniungantur, & postea cum ignominia separantur: unde consanguinei testes non solum sunt idonei ad probandam consanguinitatem, verum & aliis praefertuntur, ut docent in presenti Barius & Abbas n. 2. Ananias n. 1. Aretius n. 4. Felinus n. 2. sicut in his, quae domi sunt, admittuntur testes domestici, ut in l. *confessio*, c. de *reput.* l. *lex* quae *videtur*, c. de *administ.* *reput.* Prosequitur late plures in praxi deducens amplificationes Elcobar d. c. 11.

4. **Nec** obstat prior difficultas, cui satisfactum manet ex traditis supra numero precedenti; siquidem ex speciali ratione consanguinitatis gradus idonei iudicantur. Nec posterior difficultas adversatur; nam verum est, huiusmodi testes de consanguinitate deponentes fidem facere, et deponant de auditu, c. *licet* 47. hoc tit. c. *tus* 7. de *consanguin.* c. *assu*, quod etiam speciale est in causa probationis consanguinitatis; in ea enim similes testes non solum probant, verum etiam transferunt onus probandi in adversarium, ut resolvit Mascardus d. *conclus.* 410. n. 2. Ratio specialitatis in eo consistit, quia in factis antiquis sufficientes testes de auditu, cum alii reperti non possint, etiam ad antiqua spectant, & sic difficultas probationis, l. non facile, ff. de *probat.* merito admittuntur testes de auditu. Quae omnia procedebant olim cum matrimonio inhibebatur ad testimonium usque gradum: postquam tamen prohibitio restricta est ad quartum gradum in Concilio Laterano, relato in c. non debet, de *consanguin.* c. *assu*, non admittuntur testes de auditu, nisi forte persona graves existant, quibus merito sit fides adhibenda, & ante licet motum testificata didicerint ab antiquis suis, non utique ab uno solo, quia unus testimonium, etiam si viveret, non probaret, c. *si duo* 3. q. 1. infra dicemus in c. *quisque* 10. nec etiam le diffidit ab infamibus, & suspectis, sed a fide dignis, cum satis absurdum videretur, eorum testimonia admitti, quorum repellentur auctoritates. Quod totum praesentis Decretali abrogata constituit Gregorius in d. cap. *licet*, ubi plura congeste Uranus. Eodem modo dissolvitur augmentum difficultatis, in iuribus enim ibi adductis agitur de probanda consanguinitate, quae quia habet originem a tempore antiquo, & non potest facile percipi sensu corporeo, admittuntur in ea testes deponentes de credulitate, ut docent Panormit. *licet*, num. 3. Speculator *tit. de* *restit.* §. 1. num. 58. si rediunt conclusionem rationem, taliter quod depositio testis sit munia sufficienti ratione, argumento textus in cap. *litteris*, de *presumpt.* l. 1. §. 1. ff. de *veris* in *presenti*, unde testes in foro Romano examinantur rationem reddentibus, quia viderant, aut quia audierant, & modestie tantum gratia adhibere, arbitrii, seu credere, aut videri sibi. Cicero lib. 4. *Academ.* "Veterum, inquit, in testimoniis dicendis ea sunt diligenter, aut religio, quod in scientia multa versarentur ita ut arbitrii se testes crederent, etiam quod ipsi viderent." Ex pro M. Fontio: Credo haec eadem Induciamur in testimonio timuisse, qui primum illud verbum consideratissimum nostrae consuetudinis, arbitrio, quo nos etiam nunc utimur, cum ea dicimus iurari, quae comperta habemus, quae ipsi vidimus ex toto fuisse testimonio fuisse, atque omnia se scire dixit.

CAPUT VI.

Idem a Priori, & Fratribus S. Trinitatis.

Insuper etiam auctoritate nostra b statuimus, ut liceat vobis in causis Ecclesiae testimonium ferre dummodo unus, vel duo ex vobis ad e agendum & respondendum instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores responsales sunt instituti, non debet admitti.

NOTAE.

NOTAE.

1. **Idem.** Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit.* c. 22. & post Concilium Lateran. p. 8. c. 18. ubi additur *Lundin*, & merito: nam Lundin, in Anglia est monasterium S. Trinitatis Canonorum regularium Ordinis D. Augustini, cuius meminerunt Matthaeus Parisius, tum sub anno 1250. tum anno 1256. Gab. Pennocus l. 2. *hist. canonice*, regul. c. 37. num. 10. etiam aliqui voluerunt in praesentem Eugenium privilegium concessisse Fratribus S. Trinitatis, ut in causis propriis ferre testimonium possent, atque ita credunt Eugenium non referre Priori, & fratribus specialis monasterii Sanctae Trinitatis, sed potius antiquae Congregationi Sanctae Trinitatis. Erat enim temporibus Eugenii III. mo & retro ab annis 714. ordo Equitum & Trinitatis, tam in Castella, quam in Aragonia, ut probant F. Hildesius in S. Antonio in *statuti Ordinis Redemptionis* SS. Trinitatis, in prologo, F. Christophorus Granados in *hist. S. Mariae Virginis de Fuentisanta*, Hieronymus Roman. lib. 6. *Reipublicae Christianae*, cap. 12. qui probant Eugenium in praesentem referre Priori & Fratribus Ordinis Sanctissimae Trinitatis, id est Equitibus illis, quorum congregatio pro Redemptione Captivorum jam suis temporibus floscebat. Facileque hanc sententiam probari existimant ex privilegio Alfonso Regis Castelle, concessio his Equitibus Religiosis anno 1173. ubi huius constitutionis Rex meminit in haec verba: "Quare de antiquo tempore orta est contentio inter Milites religiosos Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Capivorum, & Iudices Curiae nostrae, super iuramento, & testimonio illorum Militum, Priorum, & Fratrum, qui sunt in meis regnis, & villis Toletis, & Abule, ne possint in causis ipsorum testificari, nisi procuratores suorum domorum. Ego Aldefonsus Rex Castelle & Toleti, una cum uxore mea Eleonora Regina iubeo, ut Priori, & Fratribus Sanctissimae Trinitatis poterint, & producere possint de Fratribus suis in testimonio in causis Ecclesiae suae, sicut statuit Papa, quod liceat, dummodo unus, vel duo instituantur ad agendum, & respondendum: & tunc eorum testimonium in causis, in quibus constituti sunt, non debet admitti." Quod privilegium ex Archivo Ecclesiae Toletanae transcripsit F. Hildesius in S. Antonio ubi *supra*: & quia in locum huius congregationis successit fuit Ordo regularis Sanctissimae Trinitatis, ideo in Regia Cancelleraria Pinciana pronuntiatum fuisse, ut Minister & Frater ipsius Ordinis possint testes ex ipsis producere, refert Granados ubi *supra*. Verum est agnoscimus jam temporibus Eugenii viguisse dictam Congregationem, cuius meminerunt Manrique lib. 3. *laurea*, D. Anton. Zapata in *chron. gener. huius Ordinis*, cent. 1. *trail.* 2. & 3. F. P. Lopez de Alguna in *chron. gener. lib. 1. cap. 1.* tamen cum in praesentem Pontifex referat Priori & Fratribus S. Trinit. Lundin. non est ratio, cur de ipso monasterio textum non accipiamus.

2. **Statuimus.** Hoc verbum videtur importare jus novum: quod verum existimo; nam monachi in causis sui monasterii ita demum testimonium dicere possunt, si alii testes deficiant, & actores monasterii iurent, alii testibus intentionem suam probare non posse, ut constat ex capite suis 39. hoc tit. & Innocentio III. in registro relato a Cuiacio in *diuina capit.* 39. dum ait: (Ne pro defectu testium causa maneat indecisa, quae est inter Episcopum, & Capitulum super consuetudinibus Ecclesiae, licet procurator Capituli tres, vel quatuor de Canonicis eiusdem Ecclesiae, viros omni exceptione maiores inducere ad testimonium perhibendum veritati, quibus tamquam legitimis testibus sine dubitatione credatur.) Et *lib. 1.* apud Sirleum, fol. 106. ubi Abbati Ungiacensi ita rescribit: (Tunc libentius postulata concedimus, quando quod petitur, ab equitate non deviat, & petentes persone graves, morum, & vite merita suffragantur. Postulasti siquidem a nobis, dilecte fili, benignitate tibi Sedis Apostolicae indulgenti, ut in causis Ecclesiae tibi commissa uti testimonio Fratrum tuorum valeas, & eis habeatur fides, sicut consuevit testibus adhiberi. Nos ergo attendentes petitionem illos testes statuunt assensumque, qui negotia Ecclesiastica tractant, tui verideris expedire, in causis, quae non fuerint criminales, Fratres, & Canonicos Ecclesiae tuae inducere possis, ut perhibeant testimonium veritatis, Dat. Rom. &c. x. Kal. Junii.) Et in *fall.* haec est vera praesentis textus sententia.

3. **Ad agendum, & respondendum.** Quando monachi teneantur syndicum nominare, vel per se possint litigare, dixi in c. *missus*, de *synd.* & quare procurator constituitur ad agendum non censetur constitutus ad respondendum, in cap. 12. de *procur.*

COMMENTARIUM.

1. **Ex** hoc textu sequens communiter deducitur assertio: *Pro-* *lati*, & Clerici, qui causam Ecclesiae non procurant, testificari in ea possunt. Probant eam textus in cap. 1. 14. quest. 2. in cap. cum *nunciis* 12. cap. *huius* 39. per argumentum a contrario sensu, cap. *veniens*, et 2. c. *missus* 51. hoc tit. cap. *tertio* *leo*, de *probat.* c. *est* *Christus*, de *iur.* Innocentius III. *supra* relatus. Consonant de iure regio lex 18. c. 16. *partit.* 3. lex 246. *istyl.* Illustrant ultra congestos a Barboza, & Garanna *lit.* Bronchorst. *quantioph.* cent. 2. *offert.* 99. *Selle* tom. 2. de D. D. Gonzalez in *Decretal.* Tom. II.

2. 196. Gregorius Lopez in l. 18. tit. 16. *part.* 3. plures relati a Nonnero alleg. 26. numer. 36. Misyngens, Capucius, & Uranus in hoc textu, Dogellus lib. 24. *comment.* cap. 2. Duarenus in *comment.* *posse*, ad *tit.* de *testib.*, cap. 1. Borelius tom. 2. *devis.* tit. 10. per totum, Xamar *part.* 1. *ver.* *iudic.* *devis.* 17.

3. **Sed** pro dubitandi ratione adversus traditam assertionem ita insurgo: Quilibet Praelatus, tam Ecclesiae regularis, quam secularis procurator est, ac defensor bonorum suae Ecclesiae, cap. *adecari*, ubi probavi, de *restitut.* cap. 2. de *donat.* late probat Sarmientus de *restitut.* *part.* 3. cap. 1. num. 4. Sed procuratores, tutores, & administratores arcenuntur a testificando in causis propriis, propterea quod repugnantibus officiis quis fungi non potest, cap. *ult.* hoc tit. libro 6. l. *fin.* de *testib.*, & in hoc textu docetur: etiam quia habent affectionem ad causam ipsam, propter quam etiam advocatus repellitur a testimonio in causa clientuli, d. *leg. fin.* *novell.* 90. *Justin.* cap. 8. docet Desiderius Heraldus lib. 2. de *auctorit.* *rei iudic.* cap. 4. Ergo Praelatus in causa suae Ecclesiae testimonium dicere non valet, leg. *omnibus* 9. *Cod.* de *testib.*, quae exat in capite *si testes*, §. *omnibus* 4. *quasi* 3. leg. 1. *Cod.* *Theodos.* *ne in causa*, leg. 10. ff. de *testib.* Cicero pro *Rolmio Amer.* "More majorem, ait, comparatum est, ut in minimis rebus, homines amplissimi testimonium de re sua non dicerent." Fornerius libro 2. *select.* c. 12. quod & in viro integro auctoritatis propter philantiam procedere affirmat Langley lib. 3. *semiss.* c. 1. sed his super bonis Ecclesiae est propria Praelati, & Clericorum ipsius, ut probatur ex cap. *penult.* c. *de* *pos.* *fin.* & ex eo, quia causa dicitur propria, ex qua quis percipit commodum, leg. 1. §. *impropria*, leg. 2. §. *sed si alius*, ff. *quando appellandum* sit: sed ex victoria causa Ecclesiae percipiunt Praelatus, & Clerici ampliores, pinguioreque proventus: ergo causa propria est, & per consequens testimonium dicere non possunt. Accedit, nam a testimonio praestando arcenunt domesticis, leg. *testes* 34. *Digest.* de *testib.*, relata in cap. *restit.* 4. *quest.* 3. late dicemus in cap. 24. hoc tit. cum affectio veritatem impedire solet, c. *accusatorum* 12. q. 1. *quest.* 1. sed Clerici regulares, de quibus in praesentem agitur, sunt domestici Ecclesiae, l. *fin.* §. *fin.*, *Cod.* de *his*, qui ad Ecclesiam *confugiunt*; siquidem intra claustra monasterii habent dormitorium unum, & unum refectorium, cap. *necessaria* 3. 12. q. 1. unde appellantur adscripti in l. *praesentis* 6. §. *lara*, c. de *his* qui ad Ecclesiam, quam ad hoc vocat Treuacque. lib. 2. cap. *tit.* de *testib.*, num. 1. igitur nec Praelatus, neque Canonici regulares in praesentem specie poterant testimonium dicere in causa sui monasterii.

4. **Qua** dubitandi ratione ita fulticia minime obstant, vera est praesens decisio, cuius plures rationes communiter adduci solent. Prima quia Clerici, & qui sunt de eadem communione, seu collegio, rectius sciunt quae spectant ad ipsam communione, cap. 1. 14. q. 2. cap. *veniens* 39. hoc tit. Quam rationem tradiderunt Glossa verbo *jurati*, in *diu.* cap. *tertio* *leo*, de *probat.* Lapsus alleg. 94. num. 4. nam & domesticis, qui alias repelluntur a testificando, sunt legitimi testes, & alii praefertuntur in his, quae intra domus laicorum contingunt, quia melius quam alii scire possunt, §. *super* *placitis*, c. de *reput.* 1. 3. c. de *mausage*, lib. 11. & etiam cum agitur de electione, quae secreto inter ipsos de universitate tantummodo celebrari solet; tunc enim canonici sunt legitimi testes. Accedit generalis illa ratio, quia videlicet edictum de testibus est prohibitivum, ut supra probavi in cap. 1. & sic omnes admittuntur ad testimonium dicendum, qui specialiter non prohibentur, l. 1. in *fin.* *princip.* ff. de *testib.* sed Praelatus & clerici ipsius communione non sunt prohibiti testimonium dicere in causa communione: igitur admitti debent. Facit etiam ne restrictis probationibus veritas occultetur, l. *quoniam*, in *fin.*, *Cod.* de *hered.* quae fuit ratio textus antecedentis, & textus in *leg. cum probatio* 7. *Digest.* hoc tit. sed si unus ex communione designetur procurator ipsius cause, non potest in eadem dicere testimonium. Ratio provenit ex supra traditis, quia procurator non admittitur ad testimonium in eadem causa, in qua procurator est; tum propter affectionem, tum quia duplex officium exercere non debet, testis videlicet, & procuratoris, contra textus in c. *singula*, 88. *dist.* c. *cum singula*, de *probat.* in 6. Nec contrarium probant textus in *leg. de* *ferre* 18. §. *idem* *deverunt*, ff. de *iure* *hisi*; quia in eo non agitur de interrogatione facienda procuratori tamquam oti, sed tamquam parti, ut post Glossam ibi, verbo *interrogari*, communiter docent repentes: & textus in capite *super*, §. *etorum*, 14. *quest.* 2. cui satisfaciit Barboza in *collect.* ad *hunc textum*, num. 7.

5. **Nec** obstat prima difficultas supra adducta, nam Praelatus dicitur lato modo procurator bonorum Ecclesiae suae, quia eo. *Respondet* *difficultas* *testib.* cum illi incumbit, non quia mandatam habet a capitulo ad negotia peragenda in iudicio, vel extra; unde cum non sit verus procurator, non repellitur a testimonio dicendo, ut docet Barboza in praesentem, num. 1. Nec obstat augmentum primum dubitandi rationis; nam his quae propria est communione, non est propria singularum, leg. in *tantum* 9. §. *universitatis*, *Digest.* de *verum* *devis.* *leg.* *sed si hoc* 10. §. *qui* *manumittit*, *Digest.* de *in* *ius* *vocand.* *leg.* *sed si hoc* 10. §. *qui* *manumittit*, *Digest.* de *in* *ius* *vocand.* & singuli non dicuntur habere interesse in re communi; quia si haberent, uniusquisque agere posset, leg. 2. §. 1. ff. *quando appellandum*; unde cum interesse non sentiant, testimonium dicere valent, ut ratiocinantur Covar. *practice*, cap. 18. num. 4. Guido Pap. *devis.* 193. n. 3. Didacus Perez in *leg.* 22. *gloss.* 2. tit. 11. lib. 4. *ordin.* & sic.

fic Prelatus in causa sue Ecclesie potest esse iudex, et cum persona, de priv. in 6. quia causa principaliter ad ipsam non spectat, ideo multo magis poterit esse testis in eadem causa: nec in Prelato, aut Canonici consideratur aliqua affectio erga ipsam causam, cum plerumque negligatur quod communiter possidentur, l. 2. *Quid, quando, et quibus quarta pars*, & quod dicitur ex hoc textu in Prelato, & Canonici Ecclesie regularis, idem dicendum est in Abbate, aut monacho cuiuscumque Ordinis, cap. *tuus*, hoc tit. plura capitula Nogerol alleg. 26. num. 34. cum sequentibus. Idem dicendum est in municipibus civitatis, seu ville, qui testimonium dicere possunt in causa sue communitatis, l. 13. tit. 16. p. 3. Indeque decisio legis 146. lyli, quatenus consonat cum dicta lege 18. indistincte servanda est, licet non constet eam usque receptam reperiri. Hucusque etiam tradita procedunt, quando commodum, vel incommodum, quod a causa exitu provenit, solum communitatem, non singulos de universitate afficit, ut cum agitur de legato civitati relicto pro edificiis extruendis, vel Ecclesie pro eius reparatione, erunt enim tunc legitimi testes, qui reperiuntur in ipsa communitate, ut in presenti cap. in d. c. cum nunciis, resolvunt communiter repentes, quia huius legati commodum immediate non respiciunt utilitatem singulorum: & licet secundario eos attingat, non attenditur, argumento legis facultas 70. §. 1. ff. de contrah. emptio. leg. 1. ff. de auctor. em. Bronchorst. cen. 2. alleg. 99. quod ad causam consilium extendunt Ruinas consil. ult. num. 16. Guido Papa decis. 193. num. 2. & ad causam molendini, cum fructus & redditus ad universitatem pertinent; si vero commodum, vel incommodum, quod ex causa exitu provenit, pertingat singulos, qui in particulari sentiant utilitatem, tunc persona ipsius communitatis non probant, quia in re communi quodammodo testimonium dicunt: docent Meancha. usuf. cap. 33. n. 17. Mafcard. consil. 1416. n. 1. quia tunc non dicitur causa universitatis, sed propria, l. 1. in princip. ff. quando appellandum: quam ad hoc notat Alfidius decis. 400. n. 5. & post eum Nogerol supra, n. 39. Unde quando agitur de nemore, aut palcis, in quibus singuli de communitate gratis ligna cedunt, vel animalia ad pastum mittunt, tunc singuli de universitate testes esse non possunt, ut docent Covarr. praesil. c. 18. n. 4. Farinacius de testibus c. 60. n. 496. vel quando causa est ardua, & gravis, veluti ubi agitur de magno honore, magnaque iustificatione universitatis. Farinac. n. 523. Nogerol n. 37. in causa patronatus honorifici, Nogerol n. 38. vel si in ipsa lite universitas succumberet, in singulos collecta esse imponenda. Farinac. n. 505. alios casus in praxi observandos resolvunt Farinac. & Nogerol ubi praedicta, alii consilii a Barboza in presenti, n. 5.

Sed supra traditis aperte addatur textus in c. *est Christi*, cap. 26. de iur. dum in eo Pontifex indulget monachis facultatem ferendi testimonium in causis sui monasterii, idque deficientibus aliis, hoc est sub conditione si alii testes deficiant, iuxta naturam ablativi absoluti, de quo in l. *attestatio*.

CAPUT VII.

a Idem R. Herforden. Episcopo, & Abbati Sard.

EX parte A. Presbyteri ad nos est querela perlata, quod cum ipse Ecclesiam de Culmido canonice fuisset adeptus, & eam xxx. annis, & amplius pacifice possideret, miles quidam H. nomine ipsum exinde gravibus molestar, & iniuriis lacebat, & tandem h. tacto, quod laicus esset, ad e. Berforden. Episcopum, & Abbatem de Faveren. nostras litteras impetravit, quod si praedictus presbyter a filiis esset illius, qui proxime in eadem Ecclesia ministravit, & iure hereditario eam teneret, vel quod publice e. fornicatorem haberet, a praedicta Ecclesia profusus amoveretur. Tandem vero, cum idem miles per f. interpolitam personam praefatum A. presbyterum coram praedictis iudicibus transisset in causam, quosdam laicos infames, & g. notabiles produxit dicens ad testimonium perhibendum, quod videlicet memoratus presbyter filius sacerdotis illius fuisset, qui proxime in ipsa Ecclesia ministraverat. Licet autem praedictus A. presbyter assereret, illos testes non esse recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones, & raptores manifesti; quidam vero in causa h. alia fuerant convicti de perjurio, & se constanter diceret hoc i. probaturum; nihilominus tamen praedicti iudices talibus testibus adverte partis receptis, eidem presbytero etiam post f. ap. quam super hoc se interpolasse proponit, & eo absente praescriptam adjudicaverunt Ecclesiam, quam nunc praedicti militis h. dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis satis plene confidimus, causam ipsam d. v. duximus committendam, praesentium vobis auctoritate praecipiendo mandantes, quatenus partibus coram vobis convocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis, & si vobis constiterit, quod praedictus presbyter non fuit legitime per testes idoneos praescripta Ecclesia spoliatas, eorumdem sententia iudicum, litteris etiam confirmatis, si quae sunt super eadem Ecclesia impetratae, non obstantibus, Ecclesiam illam praenominato presbytero A. dilatione, contrad. & ap. cess. i. restituitis, ipsumque de cetero non permittatis exinde a supradicto milite, vel ab eo, qui ipsam tenet, molestari. Si vero res aliter se habet, nihilominus causam audiat, & sine debito terminet. Testes autem, si quos idem A. in sua assertionis testimonium invocaverit, monere curetis & diligenter inducere divino intuitu, & amore iustitiae, ut coram vobis super his perhibeant testimonium veritati, nec quicquam exinde in sua salutis periculum retinere presumant.

NOTAE.

a Dem.) Varie & diversimode habetur haec inscriptio in 2. collectione, sub hoc tit. c. 23. & post Concil. Later. p. 8. c. 23. & in hac 6. collectione, quibus inscriptionibus collatis cum aliis codicibus, tandem ita legendum existimat Ant. Aug. in notis ad hunc textum in 1. collectione, qui etiam notat textum hunc in Concilio non Eugenio III. sed Lucio III. tribui. De Ecclesia Herfordensi aliqua notavi in cap. 2. de temp. ordin. Similis inscriptio reperitur in c. *querantiam* 9. de iur. patronat.

b Tactio quod laicus.) An laicus possit contra clericum testimonium dicere, exponemus in cap. de cetero, hoc tit.

c Berforden.) Rectius legitur Ant. Aug. Rosenfem, qui Episcopatus etiam est in Britannia, ut iam notavi in cap. 7. de delo, & consuetud.

d Filius esset illius.) Unde incapax erat illius beneficii, iuxta tradita in c. *confiscatus*, de fili. Presb. & fornicariis.) In aliis Codicibus legitur *fornicari*, & recte, cum fornicari etiam dicantur concubinae, quasi fornicantes, l. 3. c. de donat. inter. p. de vineis lib. 5. epist. 6. ibi: "Eo non tantum cum uxoris domitorum, sed in fornicariis etiam pudicitiae fidem, & cum fide pudicitiam, observare dicitur." Etiam fornicari dicitur qui locum curat, l. 12. §. *Trabatur*, l. 15. ff. de fundo instrom.

f Per

f Per interpolitam personam.) Glossa interpretatur procuratorem, & recte; nam cum ipse litteras interpretasset ad certos iudices, ipse, vel tantum ejus procurator poterat illis uti: nec intererat, quod causa, quae disceptabatur, erat criminalis, nam cum non criminaliter, sed civiliter intenderetur, poterat in ea intercedere procurator, iuxta adducta in c. tua, de procurat.

g Infames, & notabiles.) Infames infamia facti repelluntur a testimonio in causis criminalibus, licet non repellantur in causis civilibus exiguis, vel levioris momenti, argumento legis 2. 12. & 21. §. si ea res, ff. de testib. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. reget. Farinacius de test. q. 56. n. 110. c. 115. Julius Clarus de q. 24. n. 13. Bronchorst. cen. 2. assert. 94. Verum parum ad rem ea juris testimonia facere jam notavit Ant. Mattheus de crimin. tit. de probat. c. 2. n. 8. qui affirmat infames infamia facti in totum repelli a testimonio, sed fidem eorum vacillare, ideoque majorem numerum in eadem causa desiderari ad probationem.

h In alia causa.) Quia convictus de perjurio in una causa, creditur perjurus in quavis alia, cap. *testimonium infra hoc tit.*

i Hoc probaturum.) Haec verba diffidilia visa sunt Interpretibus, dum in eis docetur, necessariam esse probationem causae appellacionis coram inferiori ad iustificandum ipsam appellacionem, cum contrarium expresse statuat in c. *interpos.* 70. de appell. quare varia adduxerunt in presenti Glossa verbo *Testes*, Milyagerus, & communiter repentes, quibus omittis Barboza in c. *ut debitis* 59. n. 34. de appell. existimavit, quod si

iudex a quo noluerit admittere gravaminis probationes appellante oblatas, satis iustificatur appellatio quoad effectum devolvendi causam ad superiorem, iuxta textum in d. c. *interposita*: at vero ad hoc, ut appellans obtineat in causa appellacionis, non sufficit oblatio probationis factae coram inferiori, sed oportet coram superiore causam probare. Sed licet haec interpretatio vera sit, jamdiu existimabam haec verba, se obiter probaturum, non referri ad causam appellacionis, sed potius ad testimonium defectorum, propter quos testes rejiciendos pars existimabat.

j Post appellacionem.) Quae rite in hac specie interponi poterat, c. olim 7. de except. c. significavit 48. c. dilecto 63. c. *inimicus* 68. de appell. Ratio est, quia omnis gravior appellare potest, c. omnis, c. ad Romanam, 24. q. 6. sed qui excluditur ab exceptione, gravatur, leg. 5. vers. *Morem*, ff. de probat. testib. enim, qui non debuit examinari, si examinaretur, facit indicium, ut post alios resolvit Farinac. in praxi, lib. 3. tit. 6. q. 62. n. 261. licet ergo tunc appellatur, ut ab specie probat textus in leg. 18. c. *Theodosius*, quorum appellat, non recipi, quam docte exponit Cujac. lib. 12. observ. c. 3. §. 6.

k Dapiferi.) Idem dapes deferentis, ut interpretatur Vossius de viis form. lib. 3. cap. 8. verbo *Dapifer*; unde Elector Comes Palatinus, Dapifer dicitur, quia dapes deferret Imperatori, ut notavi in cap. *venerabili*, de electio. quare miles, de quo in presenti agitur, forsitan erat Aulae Regiae, & dapes mensae Regiae Angliae deferrebat.

l Presbyteros restituatis.) Haec verba expolui in c. *constitutio*, de filiis presb.

CAPUT VIII.

Idem a Exoniensi Episcopo.

SI qui testimonium valitudinari sunt, & b senio, vel debilitate confecti, aut e paupertate depreffi, ita d. quod non possint eos idem ad e. vestram praesentiam ducere, ad ipsos recipiendos personas idoneas, & discretas mittatis.

NOTAE.

a Exoni.) Ita legitur in 1. collectione, sub hoc tit. c. 14. post Concil. Later. part. 8. cap. 20. sententia huius textus refertur cum hac inscriptione, *Idem Cantuari. Episcopo, & Cister.* Sed praesentem inscriptionem retinendam esse suadet textus in c. *finali*, de testib. cogens, in 1. collect. ubi sub hac inscriptione, *Alex. III. Exoniensi, & Wigornensi Episcopo*, legitur haec verba: "Testes, quos Radulphus clericus clericis vobis nominaverit monachis, & si opus fuerit, auctoritate Apost. compellatis ad perhibendum testimonium veritati."

b Et senio.) l. *inveni* 8. ff. de testib. c. *si testes*, §. *inveni* 4. q. 3. l. 39. tit. 16. p. 3. ubi testes accipiuntur pro septuaginta, etiam loco verborum, *senatus aetatis, senem reponi debere* contendit Garc. de nobil. gloss. 48. §. 1. n. 1. qui etiam valitudinari late dici possunt, iuxta illud vulgare Terentii in *Heautontimorum*. *Senex ipsa morbus est*, imo & pauper sine morbo non sunt, iuxta illud Sophoclis in *Cresia*.

Sunt autem nonnulli, qui

A morbis immunes laudant;

At mihi nullus videtur

Qui pauper sit, vacare morbo

Sed agrotare perpetuo.

c Paupertate depreffi.) Qui non ideo a testimonio dicendo repelluntur, licet divites fides minus suspecta sit, quam egentis, & miseri, qui lacri facilius quam divites praefutur, l. 3. ff. de test. quod locum habet in omni administratione, & ministerio, ut inquit Libanus in programmatibus: "Homo pauper, est innocentissime legatione fungatur, in suspicionem incidit foridum." Non tamen inde evincitur, pauperem esse argumentum fidei minus sinceræ, l. *suspensum*, ff. de suspect. tut. Terentius in *Phormione*.

Hec! quanta mea paupertas hoc est!

Tamen adhuc curavi iunum hoc

Quidem, mihi, ut esset fides.

Demolitiones in Miliana, de Stratone quodam:

Hic fortasse quidem pauper est, sed minime improbus.

Imo boni viri plerumque sunt pauperes: nobile exemplum praebet IC. Sabius, quem scribit Pompon. in leg. 2. ff. de orig. iur. adeo egesset laborale, ut a suis auditoribus sustentaretur. Facit Petronius in *Saep*. Nescio quia bona memis foris est pauper. Alia congerat Forner. lib. 3. select. c. 1. Desid. Herald. lib. 1. de auctor. rei iudic. c. 5. unde provenit ratio textus in leg. nec est pauper 17. §. 4. ff. de adopt. §. ult. Instit. de suspect. tut.

d Ita quod non possint.) Item illi, quibus venire ad iudicium non licet, d. l. *inveni* 8. quae non solum debet accipi de his, qui ab exercitio, sive a fignis abduci non debent, l. *milites*, c. *locati*. Amm. Marcell. lib. 21. Legati qui Reipublicae causa absumt, d. l. *inveni*. Item illi, qui propter loci religionem se movere non possunt, l. 2. ff. de ius vocat. publicorum vestigialium conductores, d. l. *inveni*, cum seq. quibus proximi habentur, qui exercitui prebenda conducunt, l. 9. ff. de testib. Hi autem sunt, qui accepta pecunia, quae bellicus usus polulat, ut vinum, frumentum, vestes, & similia, exercitui ministrant, etiam non probanda, ut legit Baudeus in annot. ad Pandect. sed quod prebendum, cum Florentinis Pandectis legi debere ostendat Cujac. lib. 2. observ. c. 23.

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

COMMENTARIUM.

Licet in iudiciis criminalibus omni modo ipsi testes produciendi sint, non eorum tamen testimonia sunt proferenda, l. 3. §. *idem* D. Hadrian. ff. de test. quod cum olim publicis duxat in iudiciis admitteretur, Justinianus ad crimina extraordinaria produxit novella 97. de test. c. 5. Tacit. in dialog. de orat. c. 19. quem alii Quintilianus adscribit. Testimonia in iudiciis publicis non adhibent, neque per tabellam dare, sed coram iudice, & praesentes dicere cogebantur, quia hoc casu aliquando etiam potest perveniri ad torturam, ut in foro Romano, petente parte perverit moris fuisse probat Brisson. de formulis 43. Apud Hebraeos in causis tantum pecuniariis testimonium dicere poterant absentes, Joann. Coft. in c. 1. Mavor. relatus a Novar. l. 7. §. *id est*, c. 11. ibi: "Testes oportet proprio ore testimonium dare in causis poenalis: scripta testimonio in pecuniariis locum tantum habeat." Illustrat Rucherius in d. novella de testib. c. 22. ubi Cujacius fol. 307. Ant. Matth. de crimin. tit. de probat. c. 4. Ant. Perezus ad tit. C. de test. n. 25. tamen in causis civilibus evocati testes, invitati etiam venire tenebantur, sed non omnes; excipiuntur enim aliqui ob dignitatem personae, leg. ad egregios 15. ff. de iur. iur. Urganiz exemplo apud Tacit. l. 2. annal. & Harmenop. l. 1. tit. 6. "Urganiz (inquit Tacitus) potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam, quae apud Senatum tractabatur, venire designaretur: missus est Praetor, qui domi interrogaret, cum virgines Vestales in foro, & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit." Unde ad iudicium testimonii ferendi causa venire non debet Episcopus, l. 2. §. *in autem*, c. de iur. iur. imo nec pauperes, ut probat Velasquez de priv. paup. p. 1. c. 36. & quia testes per epistolam testimonium dicere non possunt, c. tua 8. de cohabit. cleric. l. 6. Cap. c. 141. mitti debet notarius, vel similis persona ad testes examinandos, citatis partibus, ex sententia iudicis, coram quo causa disceptatur, c. *constitutio*, de fidelit. c. 1. de testib. cogens. novel. 73. Justin. c. 1. quod introductum est, quia alias copia, & facultas probationum per evocationem testimonii ex remotis partibus ad locum iudicii nimis angustabatur, ut probat late Rauchier. *questio. juris civilis*, c. *Saxon*, q. 13. & quia hodie consue sunt iurisdictiones, si quis testis productus fuerit, qui sub alterius iurisdictione reperitur, receptum est, ut iudex cause ad iudicem proprium testis litteras requisitorias mittat, per quas iudex ita requisitus examinet testes suae iurisdictioni subiectos, & attestatione obligatas iterum mittat iudici proprio cause. Menoch. de arbit. cen. 2. causa 70. docent Milyager. & Barbo. hic, Minister autem, qui frequenter mittitur ad ipsos testes recipiendos, plerumque nuncius dicitur, cap. 1. de testib. cogens, quia ad ipsos testes l. 1. §. ult. ff. de contrah. empt. l. qui autem, §. ult. ff. de const. p. cen. l. 1. §. si ro. ff. de positi; nullam tamen habet iurisdictionem, sed nudum ministerium, leg. & licet, ff. de consil. p. cen. Clem. iudicis, de offic. deleg. habeturque ac si ipse

P 3

nota-

notarius mitteretur, quod plerumque fieri solet. Farinacius *quest. 77. de testib. per tot.*

7. Sed proxime dictis obstat videtur textus in Conc. Carthago. 6. in fine, cuius refert verba Anton. August. lib. 33. tit. 9. cap. 12. ibi: "Transmarina iudicia non possunt habere necessarios testes, cum exate, vel morbo, vel aliis rebus impediuntur." Ex quibus verbis deducitur, quod cum testes ob aetatem, vel morbum accedere non possint ad iudicium, eorum quoque causa agitur, iudicium solvitur, quia illi aliter deponere non possunt. Igitur quia ad eos mitti non possunt notarii, ut iuramento prefato testimonium perhibeant. Sed respondendum est, praedicta verba esse accipienda de testibus producendis in causis criminalibus, in quibus quia testes necessario praesentes debent esse, ut a iudice inter-

rogentur, & examinentur, Felix Papa II. in Synodo Romana epist. 1. cap. 8. ibi: "Cum Episcopus accusatus ad iudicium venerit, congruum sibi locum eligat, in quo absque timore suo, si necessitas expollet, testes habere valeat; quae verba referuntur l. 6. cap. Carthago. 287. & a Carthaginiensibus, l. 4. Decret. tit. 8. cap. 7. Concil. Carthaginiens. 3. can. 30. ibi: "Locus suspectus mutandus est in alium vicinum, ubi possit accusari, aut accusator testes adducere, & causam agere." Inde cum in dicto Conc. Carthago. agatur de causis criminalibus, recte docetur, propter distantiam loci transmarinam iudicia non posse habere necessarios testes, qui omnino debeant personaliter comparere: at vero quae hucusque adduximus, procedunt in causis civilibus, in quibus non ita necessaria est testium praesentia.

CAPUT IX.

Alexander III. a Belvac. Episcopo.

Sicut nobis ex parte tua est significatum, quidam b parochiani cui e accepta pecunia, de parentela inter virum, & uxorem exhibent iuramenta, per quae inter ipsos divorcium promulgatur: postea vero privatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos muneribus dicunt, & perhibuisse testimonium falsitatis. Super quo taliter respondemus, quod si vir, & uxor, aut alter eorum ad secunda vota transiit, nullum aliud d remedium fore videretur, nisi ut testibus de e perjurio, & adulterio, uno, pluribusque, quibus causam dedere, penitentia indicatur. Si vero ad secunda vota idem vir, & uxor non migravit, diligenter inquirendi sunt, eorum quibus corruptio intercessit; & si tales exhibeantur, per quod possit praedicta corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio, debet sententia revocari, non enim testimonium praedictorum, cum perjuri sint, aliquatenus est admittendum.

NOTAE.

1. a Belvac. Ita etiam legitur in 1. collectione, sub hoc tit. cap. 7. ex quo textus ita restituit litteram Alexandri. De Belvacensi Ecclesia aliqua notavi in c. 12. de foro compet. b Parochiani sui. Nota, diocesanos Episcopo subiectos, appellari Parochianos, imo & diocesani ipsam dici Parochiam, per plura enim saecula Ecclesia Episcopatus, seu Diocesis dicebatur Parochia; & Episcopi Parochi, can. 33. & 35. Apos. Concil. Nicen. cap. 6. Antiochen. sub Julio 1. canon. 9. ubi cavetur, Episcopum unumquemque habere debere suam Parochiam potestatem, & cap. 21. inhibetur, ne Episcopus ab alia parochia, id est diocesi, in aliam migret: in Concil. Toletan. 3. can. 200. alias 19. coarctatur Episcopi, qui per Parochias suas crudeliter nimis se gerebant. Tolet. 4. can. 33. & 35. Diocesis, & Parochia voces confunduntur. Et lib. 7. cap. Carthago. 94. ita decretatur: Statim ut singulis annis unusquisque Episcopus Parochiam suam sollicito circumspiciat. Et lib. 4. c. 15. qui locus citatur a Gratiano in c. omnis 2. 17. quesi. 4. ex can. 5. Conc. Trid. sed perperam. E contrario Parochia, id est propria Ecclesia Parochialis, pro Diocesi saepius accipitur. Conc. Agathen. in Gallia Narbonensi. can. 54. ibi: Presbyterum Diocesi interstet de his, quae emerit, ad Ecclesie nomen scripturam facere, Concil. Arelatense. 3. cap. 18. lib. 6. cap. 10. cap. 49. Nullus Sacerdos in alterius civitate, vel Diocesi praesentem, vel sub manu positum, Sacerdotis, vel qui reconciliatum esse dixerit, sine con-

sentia, & litteris Episcopi &c. late probat Filescus de orig. paroc. c. 1. per tot. c. Accepta pecunia. De testibus pecunia corruptis plura adduxi in c. 1. hoc tit. ex cuius commentario praesens suppleendum est. d. Nullum aliud remedium. c. Cuiuslibet in presenti existimat, hoc casu, cum unus, ambove ad secunda nuptias transierit, sententiam non esse irritandam, sed in secundo matrimonio persolvendam. Quae doctrina fulturior non potest, tum quia sententia super matrimonio prolata nunquam transit in rem iudicatam, cap. reor, cap. lator, de re iudic. tum quia sententia lata ex falsis instrumentis rescinditur, & licet circa casum, in quo testes gratia, vel odio moti falsum dixerunt, ambigant Interpretes, affirmantibus Cuius, ad tit. Cod. si ex falsis instrumentis. Quidam lib. 29. comment. Donati c. 7. litter E; negantibus ipso Donato lib. 6. cap. 7. Defid. Heroldo lib. 1. de auctoritat. rei iud. cap. 6. per tot. tamen circa testes pecunia corruptos nemo dubitavit, propter expressum textum in leg. D. Hadrianus, ff. de re iudic. sed testes in presenti specie latebatur de fuisse pecunia corruptos: igitur sententiam ex eorum testimonio prolata, saeculo matrimonii favore rescindenda erat, ut in secundo casu huius textus deciditur. Quare omnia hac sententia aliter textum hanc exposui in c. 1. hoc tit. c. De perjurio, & adulterio. Unde tamquam falsis testis puniendus erat penis, de quibus in c. si Episcopus 7. 50. dist. cap. itaque 20. 24. quesi. 4. c. 1. de crim. falsi, iunctis aliis traditis ab Anton. Augustin. in epist. iur. lib. 37. tit. 4.

CAPUT X.

a Idem Attinensi Archiepiscopo.

Veniens ad nos cum litteris tuis L. presbyter tuus suppliciter nobis relatione monstravit, & hoc idem littera continebant, quod cum in Ecclesia de Oven. institutus fuisset, ei fuit obiectum, quod in Ecclesiam ipsam non canonice habuisset ingressum, videlicet, quod prius promississet, quod unicuique b parochiano bariles vini e remitteret, qui sacerdoti ejusdem Ecclesiae, qui pro tempore ibi serviret, consequenter pro beneficio dari. Verum quia duo apparuerunt, qui iurati decesserunt, praedictum presbyterum talem promissionem fecisse, & cum altero illorum pactum illud indecenter factum fuisset, & cum altero illorum pactum illud indecenter factum fuisset, & nos sententiam tuam prout dignum est, commendamus, eo quod ille, qui eodem erat infectus crimine, non possit inde contra eum testificari, & nulli de se confesso adversum alium in eodem crimine sit credendum, & unus testimonium non sufficit ad condemnationem.

NOTAE.

1. a Idem. In prima collectione, sub hoc tit. cap. 9. legitur Attinensi Archiepiscopo, sed similis Ecclesiae nec in Provinciali omnium Ecclesiarum, neque in Cosmographis mentio reperitur: post Concilium vero Later. p. 50. c. 47. habetur, Canonizatio Attinensis Episcopi, sed ex veteri Codice legendum esse recte, in 1. collect. ibi: (Athensae ut inter antiquiores, ita inter nobiliores civitates omnes recensentur, & nomen a Minerva accepisse, ex Varrone docet D. Augustin. lib. 18. de Civitat. Dei, c. 9. his verbis: Ut Athensae vocentur. Quod certe nomen a Minerva est, quae Graece Athena dicitur. Hanc causam Varro indicat: Cum apparuisset illi repente olivae arbor, & alio loco aqua erupisset, Regem prodigia ista moverunt, & mista ad Apollinem Delphicum, sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve facendum? Ille respondit, quod olea Minervam significaret; unda Neptunum, & quod esset in civium potestate, ac cuius nomine potius duorum Deorum, quorum signa illa essent, civitas vocaretur. Iste Cecrops oraculo

accepto, cives omnes utriusque sexus (mos enim tunc in ista dem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum sufragium convocavit. Consultata igitur multitudine, mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere sententias; & quia una plus inventa est feminarum, Minerva vicit. Ita illa civitas de victoria per feminas feminae, Athenas nomen accepit. In hac illustri urbe Metropolitum Ecclesiasticum fuisse primis saeculis probat Carolus a S. Paulo lib. 8. Geograph. sac. fol. 198. ejus Praef. Metropolitum dicitur a Ballamone in notacione, Thes. tit. 13. & in can. 33. 6. Synodi, quibus saeculis Romano Pontifici, ut Patriarche parebat: sed a Romana diocesi avulsus, subiectus fuit Patriarchae Constantinopolitano, ut habetur in dispositione Leonis Philopoli, & refert Bosquetus in notis ad Innoc. III. lib. 1. epist. 6. ubi & epist. 16. refertur Innocentius Atheniensi Archiepiscopo. Hodie tamen tantum calculus eo loco supersunt, ut notatur in thesauris, verbo Athensae. b Parochiano. Quibus competeat praesentatio, ut patet in illius Ecclesia.

Tit. XX. De testibus, & attestationibus.

Remittere.) Unde simonia cognoscitur; siquidem pactum celebratum fuit de re spirituali accipienda pro re temporalis; remittere enim dare est, legis interpretatione, leg. si ei missus, ff. de iure dot. leg. si mulier, ff. de quodam, caus. quod procedit in conditionibus, quae in specifica forma debent adimpleri; gravatus enim dare, remittendo adimplet conditionem, l. 7. hancus, ff. de condit. & demonst. & simonia committi remittendo, sicut dicitur, docet ex c. sunt novelli 1. quesi. 1. omnes repetentes hic, Suarez de rebus, tom. 1. lib. 4. de simonia, c. 28. n. 4. sicut calumniator dicitur non tantum in qui dedit pecuniam negotii faciendi alteri causa, sed si remiserit obligationem, quae ei erat obstrictus is, quem submisit calumniando alteri, l. 1. §. ult. l. 2. ff. de calumniis. d. Judicium. Absolvendo videlicet presbyterum de crimine simoniae sibi obiecto. Cetera verba quae sequuntur, extant in d. c. 50. post Conc. Lateran. p. 47.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu, prout facit apud Raymundum, talem deducunt omnes disputantes assercionem: "Socius criminis, & muneris non testificatur etiam in crimine simonia; & unus testimonium non sufficit ad condemnationem." Cuius assercionis priorem partem jam disputavi in c. 1. de confessi. Secunda tantum partis dispositionem aggredior. Et unicum testimonium non sufficit ad condemnationem, probant textus in cap. ult. §. unius 4. q. 2. c. inducitur 3. q. 9. c. ult. §. quid autem 35. q. 6. c. ex inscriptione 33. q. 2. c. omnes 36. 11. quesi. 1. c. placuit fin. 6. quesi. 2. canon. 75. Apos. ibi: "Contra Episcopum in testimonium non admittatur, ne fideles quidem, si unus tantum sit. Et cap. in omni c. 23. & 28. hoc tit. Num. c. 35. Ad unus testimonium nullus condemnabitur." Hieronymus contra Rufinum: Unus, nec Catoni, credendum est. Et l. 9. §. 1. C. de testibus, l. 1. maritus 20. ff. de compess. Consonat lex 32. tit. 16. p. 3. Illustrat ultra congestos in praesenti a Barboza in d. c. in omni, Garanza in d. c. licet, Cajacius, & Milyngerus in hoc textu, P. Magdalenus in tract. de rebus, c. 1. Donellus lib. 25. commentar. c. 15. & ad tit. de testib. fol. 190. & in d. leg. iurisdictionis 8. n. 19. ubi etiam Gilkenius, & Giphanius, Daureanus ad tit. de testib. column. 1. Pachinus lib. 8. controvers. c. 16. Anton. August. in epist. lib. 32. tit. 33. Arellan. lib. 2. antinom. 9. Quintadavennas in los Sanitos de Toledo, advers. 8. Ant. Mattheus de crimin. tit. de probat. c. 3. Ughellus in meth. juris can. fol. 170. Langheus lib. 4. semest. c. 5. Cuiacius in l. 3. Cod. de rebus creditis Mancin. l. 1. de scrip. l. iuris collat. c. 4. Brunehart. cent. 1. assert. 92. Yepes in chron. D. Benedicti, cent. 4. c. 2. Hunnius ad Tract. volum. 2. disput. 5. thes. 17. Borellus de testib. c. 1. de probat. c. 15. c. 1. de probat. c. 15. Anguianus l. 3. de legibus, c. 19. in princip. J. Gothofredus in l. 3. C. Theodos. de fide testium, Amaya in l. 2. C. de iure fidei, Obaldus ad Donel. ubi supra, lib. 18. Peguera de test. 27. D. Joannes de Larrea alleg. 48. Barboza tom. 2. de test. tit. 4. de testium unitate.

Sed adhuc difficultas redditur hac assertio ex sequentibus juris principis, nam plerumque in utroque iure docetur, unico testi integram fidem adhiberi, veluti tabellioni, seu notario, in his quae spectant ad ejus officium, c. ad audientiam, de probat. novell. 73. Justin. licet non recte ad id probandum expendatur textus in l. si quis Decurio, C. ad l. Corn. de falsis: Episcopo vel ejus Vicario, c. post testimonium 7. de prob. nuncio asserenti aliquid citale, c. cum parati 9. de apell. custodi vicinarum fidei pratorum, iuxta l. 15. tit. 18. p. 5. l. 15. tit. 17. lib. 6. recip. Avendano de expens. l. p. n. 15. Azaved. in l. 11. tit. 6. lib. 3. recip. agrimenfiorum circa fines regendos, c. quia indicante 9. de preser. Principi supremo, eorum quo factum fuit testimonium, l. omnino, C. de testimonio: idem probatur ex c. ex inscriptione 3. de probat. ubi revocatio mandati unius tantum testis depositione probatur: & ex c. praeterea 12. de sponsal. ubi sufficit unus testimonium, ut matrimonium contrahi impediat, c. iusta 86. distinction. ubi in causa criminali unico testimonio fides adhibetur, ex l. Theopompus, de dota. praeleg. ubi voluntas testatoris unus depositione probatur, ex l. 1. §. ult. ff. quomodo medium testam. ubi uno teste subscriptionem suam, & sigillum minime recognoscens, tabulas testamenti fieri suspectas deciditur.

Sed adhuc defendenda est communis regula, quae affirmat, unus testimonium etiam praeratae dignitatis honore fultorens, fidem non esse adhibendam, tam in causis civilibus, quam criminalibus; unde valde laudanda est Quinti Scavola modestia, qui testis in reum productus, cum id respondisset, quod saltem periclitans magnopere lasurum videbatur, discedens adiecit ita sibi credi oportere, si & alii idem affererent, quia unus testimonio credi, rem esse pessimi exempli refert Valer. Maximus lib. 4. c. 1. Et licet apud ipsum lib. 6. c. 1. legamus C. Scantianum uno teste damnatum fuisse, eo quod fuisse Marcelli de stupro appellasse; tamen etiam argumenta cum teste concurrisset nocitura: nam & reus non tam innocens, quam potest esse Tribunitia, quae sublebat, se tuebatur, nolens comparere, & juvenis in nostra productus cum defixo in terram vultu perseveranter tacuisset, verendum silentio plurimum in ultionem suam valuit. Accedit Quintilianus de la. mar. 338. ibi: "Succurrit vobis Catones, & Scipiones, & tor clarissime nostrae civitatis nomina, quorum unico testimonio fides nunquam est habita: Faciunt Seneca lib. 7. contro. versio. cap. 1. Uni testi etiam de minori scelere non creditur. Arnulphus Lexovienf. epist. 9. Probationis privilegium D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

solitaria testimonia non merentur. Et eadem ratione testes singulares nihil probant, cap. licet 23. cap. tam ex literis 33. hoc tit. cap. bona 23. cap. cum in iure 32. de election. cap. licet 9. de probat. ubi dicitur late docet Fragoso tom. 1. de regim. Christian. Balpall. lib. 3. disput. 13. §. 4. adeo ut commune dictum sit, eos non magis probare, quam unum. Cetera in memorat. verbo Testes singulares. Gomez dicit. l. 3. variat. numer. 10. Simancha de Calumniis, tit. 64. Covarruv. lib. 3. variat. cap. 3. numer. 3. Farinac. de testib. quesi. 64. Sed circa hoc commune principium notandum est, testes singulares eos dici, qui respectu subiecti, vel obiecti, super quo deponunt, diversimode testificantur, ita ut eorum depositiones in unum conjungi non possint. Farinacius ubi supra, numer. 26. unde five ratione personae, five ratione rei diversum testes deponant, singulares dicuntur. Circa quos sciendum est, triplicem singularitatis speciem inveniri; alia enim dicitur singularitas oblativa, alia diversificativa, alia adimiculativa, ut Doctores nuper laudati sentent, ex quibus sequentes regulae deducuntur. Prima regula est: Singularitas singularitate oblativa nihil probat, ut in dictis iuribus probatur, & docet Farinacius ubi supra numer. 27. nec favore pia causa. Gabriel. l. 1. commun. opinio. numer. 22. Secunda regula est: Testes singulares singularitate diversificativa nihil probant, quia in illis id maxime praesent, quod singulares sint. Tertia regula: Testes singulares singularitate adimiculativa aliquando semipene probant, scilicet cum duo saltem in una sententia conjunguntur, ex quibus refertur semipena probatio: latius prosequitur Farinac. ubi supra.

Hujus regulae de non admittendo unico teste, variae referuntur exceptiones a Farinacio d. quesi. 63. Mafcardo ubi supra: ex quibus nonnullas retulit Barboza in praesenti, c. in c. in omni hoc tit. pro quibus facit Constantinus in d. l. iurisdictionis 8. ubi statuit, ut unus testimonium nemo iudicem facile patitur admitti: igitur quia aliquando uni testi ex iustis causis fides adhibetur. Primam adducunt in causis levioribus; quae exceptio, ut observavit Anton. Mattheus supra, c. 3. n. 3. licet admitti possit in causis civilibus parvi momenti, tamen in criminalibus non admittitur, quia licet levia crimina de plano discutiantur, leg. levia, ff. de accusat. hoc non probationes legitimas, sed observationem dumtaxat solemnem excludit. Secundam adiciunt, si inter ipsos litigatores convenit, ut unus, & certi quidem hominis testimonio stetur; quae exceptio licet in causis civilibus procedat in c. tui hoc tit. leg. si conveniit, ff. de re iudic. leg. hoc venditum, ff. de condit. instaurat. tamen in criminalibus, praecipue ubi poena capitalis reo impendenda est, locum non habet, ut probat Anton. Mattheus, ubi supra, n. 5. His ergo, & aliis omnibus, quae si ad juris rationem expendantur, aut falsae, aut saltem inanes redduntur, verae sunt, cum dubitatur, an Ecclesia sit consecrata, c. solemnitate, de consecrat. disp. 1. cum quaeritur, an defunctus dedisset signa penitentiae, c. qui recedunt, 26. quesi. 6. cum pater dicit filium invitum monachum factum fuisse, c. praesent. 20. q. 3. cum agitur de impediendo matrimonio, cap. super 22. hoc tit. c. per tuas 12. de sponsal. similiter ne iteretur baptismus, cum itaque, de consecr. disp. 4. vel si testis valde notae sint dignitas, gravitas, & constantia, ut ait Rom. Pontifex, c. cum a nobis hoc tit. quod etiam in Episcopo propter honorem summi sacerdotis olim observabatur ex l. 1. Cod. Theodos. de Episc. aud. relata in c. omnes 11. quesi. 1. lib. 6. Capitul. 281. docet Cuiac. in l. 14. de here. praeleg. Sed male, cum ea confutatio Constantini relictienda omnino sit ut supposititia, ut probat J. Gothofredus, tom. 6. Cod. Theodos. ad finem, fol. 307. Hodie in his, quae extra iudicium sunt, veluti in litteris commendatitiis, & similibus ejus sigillo munitis, illi plena fides adhibetur, c. post testimonium 7. iunctis ibi traditis, de probat. Idem etiam olim observari in presbyteris ex can. 45. Concil. Illiberit. probat Mendoga in ejus comment. & monachis Benedictinis privilegium concessum fuit, ut uni ex eis tantum fides adhiberetur: quod refert Yepes in chron. D. Benedicti, cent. 4. c. 2. fol. 8. etiam unus testis deponens de facto proprio plene probat, concurrentibus aliis adimiculis, aut praesumptionibus. Soula lib. 2. apofthos. c. 14. n. 5. Guazinus in d. sens. reor. de sens. 33. c. 14. numer. 12. Thullench. l. 8. in Decal. c. 3. dub. 6. numer. 10. Castro Palao tract. 4. operis mor. disp. 8. punct. 9. Fontanell. decis. 238. numer. 3. Carena de offi. Inquis. p. 3. tit. 5. §. 3. numer. 24. Escobar de juris. l. 1. p. quesi. 9. §. 3. numer. 75. ut contingit in condemnatione Cail Scantini Tribuni plebis, qui ex depositione unici testis, iunctis adimiculis totibus ipsius testis, damnatus fuit, ut refert Plutarchus in vita Marci. Valer. Max. l. 7. c. 1. Alias consequuntur exceptiones Faber in suo Cod. tit. de testib. de sens. 37. Fragoso de regim. l. 5. disp. 13. §. 3. P. Herod. l. 4. var. iudic. tit. 12. de testib. c. 1.

Nec obstat difficultas supra expensa. Non quod de tabellione dicebamus, quia ejus fides publica est, publicaeque approbata: quod etiam procedit in argenteo publico auctore, & custode vinearum, & similibus, ponderatore, vulgo apud nos Contrate, l. final. C. de ponderat. lib. 10. l. 1. tit. 25. l. 5. reor. Covarruv. lib. 3. var. c. 13. Garzias de expens. c. 19. n. 22. Sanchez de matrim. l. 7. disput. 113. n. 17. Nec obstat textus in d. l. c. quia indicante, cuius solutionem in ejus notis, verbo Agrimenfiores, assignavimus: nec textus in d. l. omnino, adversatur, quia non loquitur de depositione Imperatoris, aut testamentum eorum eo facto, sed de novo modo condendi testamentum precibus Imperatoris oblati; quo casu si preces ipse reperiantur in scriptis libellorum, pro testamento sustinentur, ut docent Gothofredus ibi, Vacinius lib. 1. de declarat. c. 16. n. 5. Viglius

in §. 1. de testamentis, num. 7. Oualdus lib. 6. commentar. c. 6. litter. D. Petrus Gregorius lib. 4. synagm. c. 3. n. 8. Nec etiam adversatur textus in d. c. presentia 3. nam in ejus specie ultra depositionem Archidiaconi, qui testimonium dicebat cum juramento de re sibi nota, accesserat clerici presentia; unde ex illis duobus testibus sufficiens probatio revocationis mandati oriebatur: docent Abbas in eo textu, num. 2. Malcardus de probat. consil. 116. num. 7. Farinacius de testibus, quest. 63. numer. 1. Arellanus lib. 2. antinom. ult. nec etiam adversatur textus in d. c. presentia, de spons. quia ut supra notavi, ut in eo textu agebatur de impediendo matrimonio, ex quo peccatum oriri poterat; quo casu unus testis depositio ut impediatur actus, sufficit, c. super eo 22. hoc tit. c. super eo, de consensu. & alibi ut ita omnis occasio peccandi auferatur, ut docuerunt Covarruv. de spons. 2. par. §. 10. num. 20. Malcardus consil. 137. num. 2. Gutierrez lib. 1. q. 9. canonice, cap. 11. num. 28. Nec etiam obstat textus in d. c. tertia, 86. distincta, quia in ejus specie Syriaco Abbatii plena fides adhibetur, quia non ut testis, sed ut iudex causam a se disceptatam retulerat Magno Gregorio; quo casu plena fides illi adhiberi debet, juxta ea quae adducimus in cap. cum a nobis 28. infra hoc tit. nec etiam adversatur textus in d. l. Theopompus, de dote praes. quam committere Doctores accipiunt casu, quo testator disposuit, ut unus depositio fiat, quo casu cum ex lege XII. Tabul. libera depositio patrimonii testatoribus permittitur, l. variis legis, digest. de p. s. recte juxta supremam defuncti voluntatem unus testimonio fides praestatur, ut docuerunt Cajacius in eodem textu, Donellus lib. 25. commentar. c. 25. Oualdus litter. C. Arellanus dist. antinom. ult. num. 4. Nec tandem obstat textus in dist. l. 1. §. 1. ff. quodammodo testamentum, nam in ejus specie non ideo infirmatur testamentum, quia uni testis fides adhibetur, sed quia teste deficiente in testamento, quia deficiit solemnitas substantialis actus, testamentum vitatur, cum certus testium numerus pro substantia actus desideretur, ideoque ex unius testis defectu testamentum vitatur, l. c. si unus 12. Cod. de testam. lege si quis 6. vers. ceterum, l. digest. ad l. Cornel. de falsis: jam monuerunt Matienus in leg. 1. gloss. 4. titul. 4. lib. 5. recipit. Flores de Mensa quest. 1. Daureus ad titul. de testament. cap. de defuncti solemnitate.

Communiter praefati defuncti opponunt textum in c. antonom. 11. quest. 1. l. si qui Durio, Cod. de falsis, leg. maritus 20. digest. de question. quorum interpretationem post alius tradit Doctor Garannus in c. licet 22. hoc tit. quibus ommissis extendendo adversus praesentem assertionem textum in cap. 3. de success. ab intestat. in illis verbis: *Etiam unus testis solus dicitur*. Ex quibus constat, unius testis depositionem fidem adhiberi. Igitur non recte assertum unius testis depositionem fidem non esse, cui difficultati satisfaciendum esse asserendo, in eo textu non solum ex depositione unius testis probationem induci, verum et depositione aliorum testium de auditu etiam deponentium: unde potius ex admixtione adjacentibus, quam ex depositione unius testis probatio in eo textu datur.

CAPUT XI.

Idem a Caprario Episcopo, & Abbati S. Lucia, & Priori Sanctae Crucis.

Causam quae inter N. & O. monachos super electione de utroque facta in monasterio diutius fuit agitata, experientia vestra committimus audiendam, & ap. rem. sine debito terminandam. Ideo d. v. p. A. l. p. m. quat. partes ante vestram convocatis praesentiam, & susceptis b. attestationibus utriusque partis, quae ab aliis iudicibus sunt receptae, testes alios, qui ideo producti sunt, admittebant, nisi attestationes ipsae sint e publicata, rationibus hinc inde diligenter auditis, & cognititis, causam ipsam sub ap. rem. sine debito terminatis.

NOTAE.

A Caprario.) Ita etiam legitur in 1. collectione, sub hoc titul. c. 10. apud Raymundum vero habetur *Idem abbatii l. 1. §. 1. c. Ant. Augustini, in notis ad hunc textum, in 1. collect. existimat legendum esse Caprario Archiepiscopo*; sed male, retinenda enim est lectio Caprario. Capra autem est in Provincia Africana urbs a primis Ecclesiae saculis Episcopali Cathedra decorata, ut refert Carolus a S. Paulo in Geograph. sacra verbo Capra: in ea item insula erant monasteria S. Leporii, & S. Crucis, Ordinis Canonice, regul. ut refert Pennotus l. 2. hist. canonice, regul. c. 12. n. 10. unde restituenda est inscriptio hujus textus ita: *Idem Caprario Episcopo, & Abbati S. Leporii, & Priori S. Crucis.*

B Attestationibus.) Testatio, seu attestatio, apud Romanos diversimode accipiebatur. Aliquando pro testimonio testium absentium tabulis comprehenso, & eorum sigillis munito, quod dicebatur valde a testimonio prout hic accipitur, quia testimonium erat testium praesentium, & juratorum, attestatio vero absentium, & juratorum. Quintilian. l. 5. instit. cap. 7. Saepem collidi solent, inde testatio, hinc testes: locus utrimque, hac enim se pars iurando, illa consensu firmantur tueretur. Quandoque tamen testatio testimonium dicitur. Cicero Verr. 5. Recita testimonium Atheniensium. Quid ais? Dic, dic quae clari, ut populus Romanus de suis vestigibus, de suis aratibus, de suis locis, atque amicis audiat. Eoque pertinet rescriptum D. Hadriani relatum in l. 3. ff. de testib. Testatio etiam jure Caesario accipiebatur, cum quid accidebat extra iudicium, cuius fidem fieri oportebat in iudicio: sic denunciations, quae testato fiebant, dicebantur testationes, leg. ita 5. paragraph. ult. digest. de admittendis tutor. leg. non solum 8. paragraph. 1. digest. de novi operis nunt. Interpellationes etiam, quia testato fiebant etiam apud privatos, testationes dicebantur, de quibus Cicero pro Quintio: *Tunc Nevius ipse pueros circum amicos dimittit, ipse suos necessarios ab atris Liciniis, & a faucibus matris celli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adfuit hora secunda. Postridie veniunt frequentes. Testificatur ille P. Quintium non stitisse, at se stitisse. Tabulae maxime signis hominum nobilium configuantur. Idem eadem ratione viros bonos complures advocat, testatur illo audiente, se pro communi necessitudine id primum petere, ut quia, & c.* Ejus rei, conditionibus tabellae obsignarunt viri boni plures, quo spectant textus in leg. Lucius 21. digest. qui non infans, ubi testatione Lucius Titius probare volebat lein-juria accepisse a Gajo Sejo: leg. 2. digest. de testibus, ubi Modestinus noloat eum audiri, qui adversus fidem testationis suae vacillabat: quod idem est ac contra signum suum filium praebere testimonium, leg. eum 22. digest. de testibus, leg. qui 27. paragraph. 1. digest. ad leg. Cornel. de falsis, l. 3. c. c. g. eodem titul. Iundo Desiderius iterum lib. 1. de auctor. rei iudic. cap. 6. quam differentiam inter attestationem, & testimonium agnovit Ulpianus in l. leg. 9. paragraph. penult. digest. ad leg. Cornel. de falsis, ubi ponam legis Corneliae irrogari ait, si falsas testationes facientes, testimoniarie falsa invicem dicenda dolo malo coierint. Quae verba transscripta

sunt in leg. 1. ibi: *Penam legis Corneliae irrogatur ei, qui falsas testationes facientes, testimoniarie falsa inspicenda dolo malo coierint*. Ubi non abs ratione legi Heraldus supra, cap. 5. Testamentum falsa inspicenda. In praesenti vero textu, & in iure nostro Pontifici testationes accipiuntur pro testimonio depositionibus, & ita concipitur praesens rubrica, de testibus, & attestationibus.

C Publicata.) Hanc partem exponemus in c. fraternitatis 17. hoc tit.

COMMENTARIUM.

EX praesenti textu talis deducitur assertio. *Attestationes in uno iudicio receptae fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio iudice.* Probatum est textus in cap. cum causa 37. cap. presentia 40. hoc tit. cap. inter dilectos 6. vers. Na attestationes, de fide instrument. leg. 2. Cod. de edendo, l. penultim. & final. Cod. de lib. causa leg. final. Cod. de testib. l. 1. §. 1. Cod. de re iudic. Illustrant ultra congeitos a Barboza in praesenti, Cajacius, & Misyngerus in hoc textu, & in cap. final. de probat. Parladorus lib. 4. cap. 8. num. 5. Suarez alleg. 27. num. 14. Valenzuela consil. 60. Salgado de protest. regia, 4. p. cap. 8. n. 301. Elcobar de puritate, par. 1. c. 13. §. 1. Carleval. de iudic. tom. 2. lib. 1. dist. 2. Scaraccia eodem tract. lib. 2. c. 1. n. 310. Noguierol allegat. 25. ex n. 298. Christophorus a Paz de remota, lib. 1. cap. 35. per tot. Guido Papa, de off. 136. Cajacius in l. final. Cod. de testibus. Parexa plures congerens tit. 7. resol. 10. per tot.

Sed pro dubitandi ratione adversus praesentem assertionem ita insurgo: Sicut attestatio habet vim, & effectum probationis, ita quoque iuramentum, juxta textum in l. 2. l. non edict. §. dato, l. admonendi, digest. de iurand. late probavi in cap. 1. de clerie, peregrinis; & tamen constat, iuramentum praestitum in uno iudicio, non habere vim, seu effectum in alio, leg. nam postea 9. §. final. cum sequenti, leg. sed si 11. §. final. in fine, digest. de iurand. Igitur nec attestationes receptae in uno iudicio fidem faciunt in alio. Augeret hac difficultas ex eo, nam attestationes productae in iudicio inter judicialia acta enumerantur, ex cap. quoniam contra, de probation. sed acta judicialia confecta in uno iudicio, in alio fidem non faciunt, leg. non a iudice 62. §. 1. digest. de iudic. leg. 3. in princip. leg. penultim. digest. iudic. solvi, c. leg. nec attestationes in uno iudicio receptae, in alio fidem faciunt. Accedit, nam non majorem effectum habet attestatio, quam sententia ipsa in illa fundata: constat autem sententiam in uno iudicio prolatam, non ita in alio ius facere, ut necessario debeat observari, prout expouit Gamme de off. 174. num. 10. Velaz. 2. tom. consil. 548. n. 28. Cabello de off. 12. par. 1. Igitur attestationes receptae in uno iudicio, fidem non faciunt in alio. Tandem solvitur hac dubitandi ratio ex cap. inter 6. §. par. 2. de fide instrument. ubi expresse deciditur, attestationes in uno iudicio receptas fidem non facere in alio.

Qua difficultate ita soluta non obstant, vera est praesens assertio, pro cuius expositione sciendum est, acta gesta in unoquoque

que iudicio in triplici esse differentia; nonnulla ordinaria iudicii appellatur; alia iudicii instructoria; alia denique iudicii, & causae definitiva. Ad primum membrum spectant omnia illa, quae ad ipsum iudicium constitutendum, seu ordinandum peraguntur; ut sunt citatio, libelli oblatio, litis contestatio, & similia, ad secundum membrum pertinent omnia illa, quae interveniunt ipsius causae instructioni, ut sunt attestationes, confessiones, probationes ostendentes iustitiam, vel iniustitiam litigantis; in tertio membro refertur sententia, quae iudicio, & causae controversae finis imponitur. Inter haec magnum discrimen versatur. nam prima, percipitur instantia, pereunt, nec in alio iudicio fidem faciunt, l. cum lue: & ibi Bartolus, de iudicis, l. hoc accusare 12. §. 1. ff. de necessitat. nisi huiusmodi acta confirmata sint beneficio Principis, vel consensu partium, ut exponunt Decius in c. final. de probat. Misyngerus ibi, n. 16. Secunda vero instructoria, & tertia definitiva, fidem plenam faciunt in alio iudicio: ita pluribus relatis refolvit Elcobar de puritate, q. 13. §. 2. ex n. 17. Unde ita demum acta probatoria, ut attestationes, & aliae probationes, fidem faciunt in alio iudicio, si producta sint a parte, alias nihil operantur. Paz de remota, c. 38. n. 14. Desideratur amplius, ut attestationes legitime productae fuerint in primo iudicio; si enim illegitime fuissent, veluti quia examinati erant testes inhabiles, aut non citata parte, nullam fidem poscent. Elcobar ubi supra, q. 13. §. 2. n. 57. Item desideratur, ut ipsa acta illa iudicis, id est ut non sint sententia definitiva reprobata, ut variis ampliationibus, & limitationibus adductis, tradit Elcobar d. c. 13. §. 2. c. 4. Sed si receptae attestationibus reus absolutus sit ab instantia iudicii, non ideo reprobata manent attestationes; & ideo in eodem, vel in alio iudicio productae fidem faciunt, ut nervose defendit Parexa de instrument. edit. tit. 7. resol. 10. Secundo sciendum est, aliud esse querere, an acta in una causa fidem faciunt in alia inter easdem personas litigantes, an vero quoad alias extraneas, quos prior causa attingit. In priori casu regula praesentis textus procedit, & etiam admittitur in actis coram arbitro confectis, servata distinctione adducta in c. presentia 50. hoc tit. eadem enim persona intelligitur etiam iuris heredes, quales sunt heredes, & ceteri successores, etiam particulares, leg. heredes, §. item scribit, ff. famul. exhered. nisi acta in summario iudicio confecta sint; non enim fidem plenam faciunt in plenario iudicio, l. a Divo Pio 15. §. 1. ff. super, ff. de re iudic. quam exceptionem variis replicationibus, & limitationibus exponunt Misyngerus hic, & Parexa ubi proxime. Circa publicationem autem huiusmodi attestationum non consentiunt Interpretes. Aliqui negant, necessariam esse publicationem, ut attestationes in uno iudicio receptae fidem in alio faciant, quia publicatio testium non est de substantia iudicii, l. prolatam, C. de sentent. & interdict. c. quoniam contra, de probat. & ideo traditum quoque est, valere sententiam, tamen in causa principali non fuerit publicata testimonium, quia ad valorem sententiae non requiritur publicatio attestationum, cum earum fides ex auctoritate iudiciali, & notarii manu oriatur: ita Panormitan. Butrius, & Imola in praesenti. Verior tamen opinio est, attestationes non publicatas in alio iudicio fidem non facere, itaque iterum testes examinari debere, leg. final. Cod. de testibus. Sunt tamen aliqui casus, in quibus contraria sententia sustinetur. Primus est, si iudex posteriori instantie publicaret ipsas attestationes, accedente consensu partis, de cuius praedicto agitur. Secundus, si testes mortui sint, aut ita remotis partibus degant, quod iterum examinari non possint. Tertius, si testimonium non publicatum in instantia causae principalis produceretur in succedaneam, appellationis videlicet. Bartolus in l. 1. §. 1. Cod. de re iudic. vel eadem causa constituta coram alio iudice delegato; quo casu procedit textus hic. Tandem si testes examinarentur ad perpetuam rei memoriam, quia etiam non publicati fidem faciunt. Misyngerus hic, n. 16. Si querimus an acta in alio iudicio fidem faciunt inter extraneas personas, dicendum est, acta inter duos litigantes, quantum ad alias personas, quae in priori iudicio non comparuerunt, fidem non facere, ex veteri regula, *Res inter alios acta aliis non nocet*, de qua in l. saepe, ff. de re iudic. c. quomodo 25. ubi late eam illustrabimus, de re iudicata. Deinde quia acta ut valeant, partis ci-

ratio necessaria est, ut dixi in c. 1. hoc tit. Si autem hoc casu non de effectu actorum, sed de ipso facto, id est, an acta confecta sint, dubitatur, quod ad hoc fidem faciunt in alio iudicio; unde instrumentum depositi tecum init, respectu omnium fidem facit, l. desiderius, ff. de probat. Sic etiam variatio, seu vacillatio testis in alio iudicio edocet cum falsarium esse in praedictum cuiuscumque, quoad ipsius fidem diminuendam, leg. eos, ubi Bartolus, ff. ad l. Corn. de falsis, c. ex parte, hoc titul. Magnam patitur limitationem hac regula in omnibus illis casibus, in quibus res iudicata inter alios alios nocet, quos recensimus in dicto capite quomodo; tunc enim etiam acta iudicis coram ipsis fidem faciunt quoad alios, l. sub eo si possessor, §. fin. ff. de iureiur.

Quibus ita animadversis apparet ratio praesentis decisionis; nam cum in ea agatur de fide praestanda attestationibus inter easdem personas, & in eadem causa, iudicibus tantum mutatis, plena fides illi praestanda est, & juxta eas sententiae proferri debet, cum veritas facti ex eis proveniat, cap. cum olim, de v. s. veritas autem semper, & ubique una sit, cap. quoniam, de probat. l. fin. C. de testam. tantum enim sufficeret posteriori iudices in locum priorum: unde ex actis, ex quibus alii sententiam proferre poterant, & isti dicere valebunt, l. mortui, ff. de iudic. unum enim, idemque iudicium intelligitur, quia mutatio iudicium non facit diversam causam, l. ita neminem, C. de procurat. unde edicta data ab antecessore non repetuntur a successore, l. patrum 56. ff. de re iudic. Ubi notavit Faber: ergo tamquam attestationes in ipso iudicio receptae fidem faciunt, ut ad sententiam perveniri possit.

Nec obstat difficultas supra expensa, cui ex supra traditis facile responderetur. Si enim iuramentum inter easdem personas, & in eadem causa praestitum fuit, vim & effectum habet in alio iudicio, d. l. nam ipsa, §. final. in princip. minime vero si inter diversas personas controversia moveatur; quo casu procedit textus in d. §. final. versul. ceterum, juxta decisionem legis sequentis in d. l. sed & si, in finalibus verbis. Nec obstat, quod de actis ordinariis iudicii dicebamus, quae pereunt perempta instantia, ut supra dixi; nam ut jam monui, attestationes non ad acta ordinaria iudicii spectant, sed ad instructoria, & probatoria, quae semper ac reprobata non sunt, durant. Nec etiam obstat, quod de sententia dicebamus; nam ejus exemplo ducti, jam monuimus, quod sicut inter easdem personas, & in eadem causa ius facit, ita ut amplius disceptari non valeat, ex tradendis in c. adversario 5. de exceptis, & extraneis personis nonnullas quam vocat: ita rationandum est in attestationibus. Nec tandem obstat textus in d. c. inter 6. §. nec attestationes; nam ut sapius inculcavi, praesens decisio procedit, cum causa ab uno iudice in alium transferatur inter easdem personas, ac super eadem re disceptanda: si vero alia sit causa, qua tractanda venit, non aliter mihi prodest in nova causa probatio, quae in veteri profuit, quam si eandem iterum in nova exhibere ex c. constitutus 30. c. cum in suis 44. hoc tit. quo casu procedit textus in d. §. attestationes.

Sed supra traditis obstat videntur textus in c. presentia 50. hoc tit. ubi in ejus calce docetur, ita demum testimonium in alio iudicio fidem facere, si jam decesserant testes recepti; illis vero superstitibus, in optione adversarii esse, contra quem producti sunt, an eorum depositionibus credere, vel eos denuo examinari malit. Ex quo textu constat, attestationes in uno iudicio receptas fidem non facere in alio. Pro cuius difficultatis solutione discrimen constituendum est inter attestationes receptas coram arbitris, & productas ac publicatas coram iudice; In primo casu ita demum contra iudicem fidem faciunt, si testes & vivis excelsissent, aut iterum examinarentur, nisi testimonia eorum jam probata fuissent, l. penult. C. de arbitris, l. ult. C. de testib. ubi notavit Cajacius. Secundo vero casu cum attestationes receptae fuerint, five testes supervivunt, five decesserint, absque novo examine attestationes fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas, ex supra adductis. Unde cum textus in d. c. presentia, loquitur de testibus coram arbitris receptis, ideo asseritur, ita demum eos fidem facere coram iudice, si jam decesserint, aut iterum examinati sint: notavit Misyngerus in d. c. presentia, num. 7.

CAPUT XII.

Idem R. Cant. Archiepiscopo, & R. Vigorn.

CUM nuncius Canonorum de b. Plintei, & nuncius Joelis militis, &c. Et infra: Praterea non lateat prudentiam vestram, quod praedicti Canonici non sunt a ferendo testimonio super proprio negotio Ecclesiae suae repellendi, nisi alia rationabilis causa impediatur.

NOTAE.

I Dem.) Ita etiam habetur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 10. & post Concil. Later. pag. 8. cap. 3. licet in nullo ex his Codicibus integer textus reperitur. De Ecclesia Cantuariensi nonnulla notavi in cap. 1. de refra-

pri: & de Ecclesia Vigorn. in cap. noli 9. de electione b. Plintei.) Monasterium hoc Plintoni SS. Petri, & Pauli, est Canonorum Regularium, quod construxit, donavitque Balduinus Comes Devoniae, ut refert Pennotus l. 2. hist. Canonice, regul. cap. 37. in catal. Commentarium hujus textus desit in c. insuper 6. hoc tit.

